



Universitätsbibliothek Paderborn

**De scholasticæ Theologiae Vanitate, qua superioris
ætatis homines, doctrinam & religionem suam
tueba[n]tur, Liber, in locos communes digestus. Omnibus
ueræ ac solidæ pietatis studiosis in primis ...**

Sarcerius, Erasmus

Francoforti, 1541

VD16 S 1775

De Scriptis Patrum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29838

DOCTRINA SCHOLAST.

Virgines melius possunt seruire deo, quam coniugatae: Item, servitus virginum acceptior est Deo, quam servitus coniugatarum.

Virginitas laudatur octupliciter: quia carnis munditiam conferuat, animam decorat, & ornat, angelis coeli assimilat, Christus sponsat Deo adiungit, & adproximat. Ceteris statibus preponderat, odorem bonae famae spirat, adnuptias aeternas inuitat.

Castitas coniugalis non est virtus specialis supra castitatem, quia non habet laudem, nisi abstinentiae ab illicitis delectationibus, nec castitas uidualis, quia non est perfecta.

Castitati attribuitur quidem decor, sed uirginitali excellentissima pulchritudo.

DE SCRIPTIS PA- TRUM.

Impium est dicere, Patres errasse:

Falsum est, quicquid superstitiosum esse apud Patres.

Quicquid scribunt patres, pie credendum est.

Patres sic dixerunt, ergo credendum est.

Non est plus credendum simplici laico, etiam si scripturam allegat, quam patribus.

Quatuor doctores Ecclesiae, quando discordan, tunc in disputationibus subtilibus & quætionibus praæteritur Augustinus, in translatiōnibus

nibus

DE SCRIPTIS PATR.

185

nibus uel historicalibus & interpretationibus,
præfertur Hieronymus, in moralibus Grego-
rius, in sermonibus & iudicijs Ambrosius.

Pro certissima regula tenendum est, quod dicta
sanctorum ab Ecclesia approbatorum sunt
firmiter tenenda, & præcipue quatuor docto-
rum usque ad ultimum iota seruari debent, et de-
fendi usque ad sanguinis effusionem.

Quando patres discordant, decisio spectat
ad Papam, in articulis fidei & rebus spectanti-
bus ad salutem animæ.

DE DISCRIMINE, SEV delectu ciborum, & feriarum.

Sabbatum significat diei septimi religionem
non spiritualem requiem a malis operibus tantum.

Falsum est, post abrogationem legis, omnes
dies esse æquales.

De dominico die non minus habemus scri-
pturam, quam olim de die sabbati.

Dies dominica non tantum instituta est, ut ho-
mines in illa conueniant ad audiendum uerbū
dei, sed etiā ad feriandum, quæ causa potissimum
est. Discrimina ciborum & feriarum, sunt ope-
ra utilia ad promerendam remissionem culpæ
& poenæ,